



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum  
speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt  
Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, &  
Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis  
Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De loco ad sacrificium requisito. 8

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

occafum, licitum effet hora tertia pomeridiana sacrum faceret cessante ea consuetudine simul etiam sua, & consuetudo cessauit hora tertia post meridiem celebrandi, quinimo consuetudine firmatum est vltra meridiem plus minusue ne Missa inchoetur, tamen si contrarium doceat. Nauarr. cap. 25. num. 87. Viald. in candelab. cap. penult. de Euchar. numer. 50. Pitigianum disp. 13. quæst. 12. art. 4. Llamas 3. p. method. cap. 5. §. 18. quibus fauet D. Thom. quæst. 83. art. 2. alique antiqui Patres apud Valsq. supra asserentes hora tertia post meridiem Missam absque vilo priuilegio dici posse, quia eo tempore Christus se Patri æterno cruentè obtulit. Non igitur esse potest indecens, si ea hora incurrente inuolentur, eaque de causa testatur. Nauarr. se sæpè cum iter ageret hora tertia post meridiem celebrasse. Sed nullatenus hæc sententia etiam vt probabilis admitrenda est, cum manifestè repugnet consuetudini receptæ, & introductæ, & ab Ecclesia Romana approbatæ. Alias inutilia essent priuilegia concedentia facultatem celebrandi hora post meridiem, si iure communi spectatæ omnes possent non solum vna hora, sed tribus horis post meridiem celebrare. Quod si roges quantum temporis spatium differre debeat sacerdos post meridiem celebrationem, vt mortaliter peccare censetur? Respondeo cum Bonac. dicto jun. 9. num. 6. per horam debere esse, quia aliàs non videtur nimia dilatio.

Supradictam doctrinam limitare debes, ne procedat casu quo post meridiem Missa solemnis, & conicio ad populum finita sit, nam eo casu introducta est consuetudo, vt eo finito officio aliquæ Missæ priuatæ dicantur, ne plures sacri auditione careant. Deinde limita in necessitate comunicandi ægrotum, satisfaciendi populo, vel peregrinis serò accedentibus, poterit enim in his necessitatibus sacerdos ieiunus Missam inchoare duabus, vel tribus horis post meridiem, maxime ex dispensatione Episcopi, si ibi adit. Valer enim Episcopus ex rationabili causa facultatem concedere post meridiem celebrandi, sicuti potest concedere, vt ante oratoriam celebretur. Ex priuilegio autem Pontificis omnibus Religiosis aliqua iusta causa intercedente concessum est, vna hora post meridiem celebrare. Quinimo facultatem, qui ratione iudicis, vel alia de causa non potuit die festo ante meridiem celebrare, posse hora post meridiem Missam inchoare ex recepta consuetudine testatur Henric. lib. 9. cap. 2. §. 4. num. 6. Suar. disp. 80. sect. 4. Rodrig. quæst. 43. art. 2. Mirand. man. Pralat. t. 1. quæst. 40. art. 11. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 4. num.

PUNCTVM VIII.

De loco ad sacrificium requisito.

1. Locus sacer est ad sacrificium requisitus.
2. Expenditur quis possit Ecclesiam consecrare, & benedicere.
3. Est peccatum mortale seclusa necessitate, & dispensatione extra locum sacrum celebrare.
4. Explicatur necessitas.
5. Expenditur dispensatio.
6. Episcopi etiam stante Trident. designare possunt oratoria.
7. Non est illis sublata per Trident. potestas celebrandi, vel faciendi celebrare extra Ecclesiam.
8. Ex priuilegio qualiter possint extra Ecclesiam Mendicantes celebrare etiam stante Trident.
9. Quid sit concessum Religiosis Societatis Iesu.
10. In mari etsi plures Doctores censent celebrari non posse, tamen si periculum absit sanguinis effundendi. Probabilis est oppositum.
11. Ecclesia non debet esse polluta.
12. Quibus modis polluat. Remissus respondetur.
13. Qualiter Ecclesia reconcilietur.
14. Ecclesia polluta solo sacrificio in ea celebrato non reconciliatur, tamen si aliqui contrarium sentiant.
15. Quando censetur Ecclesia consecrationem, seu benedictionem amittere laicè examinatur.

1. Constant est omnium sententia cum D. Thom. 3. cap. 81. art. 3. neminem posse iure ordinario absque necessitate & sine dispensatione, vel priuilegio extra Ecclesiam, seu locum sacrum Missam celebrare, colligitur ex cap. 1. cap. nullus. cap. sicut de consecrat. dist. 1. & ex Trident. sess. 22. cap. de obseruand. in celebrat. Missar. Et licet antiquo iure locus ab Episcopo consecratus pro celebratione requisitus fuerit, ac consuetudine firmatum est benedictum sufficere, quinimo esse auctoritate Episcopi erectum, seu deputatum ad prædictum finem, vt tradunt Sanch. l. 9. de matr. disp. 15. n. 24. & 36. Suar. disp. 81. sect. 3. Valsq. disp. 233. cap. 1. Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. sub. 1. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. in princ.

Quod si roges quis possit Ecclesiam consecrare, & benedicere. *Respon. de Castro. Sum. Mor. Pars I. 17.*

dicere? Respondeo si consecrandæ sunt, solus Episcopus eas sacrare poterit neque, simplici sacerdoti committi potest, nisi à Pontifice, vt dicitur cap. Nemo de consecrat. dist. 1. cap. tua fraternitas. cap. aqua de consecrat. Eccles. & tradunt aliis relictis Ludouic. de Mirand. manu. Pralat. t. 2. quæst. 39. art. 1. concl. 3. Bonac. de sacram. disp. 4. quæst. vlt. pun. 9. num. 8. Barbosa, 2. p. de potest. Episcop. alleg. 27. num. 1. vbi optimè aduertit consecrationem fieri posse quolibet die tam festiuo, quam feriali. cap. tua de consecrat. Eccles. sed non absque dote à patrono signata, aliàs Episcopus obligaretur dotem ex propriis assignare, iuxta Gloss. & textum in cap. cum sicut de consecrat. Ecclesia. Nostri vero Paul. III. priuilegium concessit, vt si Episcopus illius diocesis requisitus distulerit per quatuor menses consecrationem postulare, possit quicumque alius Episcopus consecrare. Idemque concessit Honorius IV. Minoribus, & Carmelitanis Ioann. XXI. prout referunt Mirand. t. 2. Man. Pralat. quæst. 39. art. 1. concl. 3. Barbosa 2. p. de potest. Episcop. alleg. 27. num. 11. Si vero Ecclesia consecranda non est, sed benedicenda, simplici sacerdoti committi potest, & de facto Minoribus concessit Leo X. vt possint suas Ecclesias, oratoria, & cæmeteria benedicere ad suum tantum vsum, quo priuilegio vtuntur Societatis Superiores casu quo Ordinarij absissent, vel ægrè benedictionem concederent. Habetur in compend. priuileg. Societ. verbo benedicere. §. 1.

3. Et licet Soto in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. & Eman. Saâ, verbo Missa. num. 20. Ludouic. Lopez. instructor. consciens. t. 2. cap. 79. ante §. superost, existimant non esse peccatum mortale secluso scandalo, & contemptu extra locum ab Episcopo deputatum celebrare, audiendi non sunt. Nam negari non potest esse aliquod peccatum violare legem supradictis decretis firmatam, & consuetudine approbatam. At hæc lex grauem materiam respicit, siquidem transgressoribus illius gratis poena infligitur in dicto cap. nullus. Neque obstat (vt inquit Soto) hanc poenam solum tempore primitiue Ecclesie feruari: quia esto poena abrogata sit, præceptum abrogatum non est, ac proinde si sub graui culpa antiquo tempore obligauit, & modò obligat. Et ita sustinent Sanch. Suar. Aegid. Laym. & Valsq. supra multis allegatis Barbosa de potest. Episcop. 2. p. alleg. 23. num. 2. Nullam tamen poenam suspensionis, vel interdicti ipso iure incurrunt huius præcepti violatores, quidquid affirmit Syluest. verbo Missa. 1. quæst. 3. §. 5. Henric. lib. 9. cap. 27. moti ex cap. Episcoporum de priuileg. in 6. Quia ibi non est sermo de celebrantibus extra locum, sacrum, sed de celebrantibus, vel celebrare facientibus in loco interdicto per censuras Ecclesie, quibus Ecclesie ingressus interdicunt. Sicuti benè notatur Suar. disput. 81. sect. 3. non longè à principio. Aegid. quæst. 83. art. 3. sub. 1. Poena vero depositionis, quæ à Syluestro Papa in dicto cap. nullus presbyter, imponitur, non ipso iure, sed ferenda est, vt ex textu constat.

4. Dixi absque necessitate. Nam ea stante poterit quilibet extra locum sacrum etiam sub dio celebrare. Ex dicto cap. sicut de consecrat. dist. 1. Exempla sunt primò si longam peregrinationem peragas per loca deserta, seu infidelium vbi non occurrit Ecclesia, poteris extra illam in altari viatico celebrare, ne tanto sacrificio diu priuatus existas, Sic relictis Palud. Syluest. Soto, docet Suar. disput. 81. sect. 3. Saâ, Missa. numer. 20. Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. sub. 1. num. 22. 4. Henric. lib. 9. cap. 27. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. c. 5. numer. 3. Neque huic doctrinæ obstat priuilegium Episcopis iter faciendis concessum in cap. vlt. de Priuileg. in 6. vt in quolibet honesto loco in altari portatili celebrare possint, quia ex vi illius priuilegij possunt absque necessitate, sola commoditate spectata sub territorio, vel sub dio celebrare. Sacerdos vero seclusa necessitate id non potest, sicuti benè aduertunt Aegid. dicto numer. 22. 4. Valsquez cap. 1. numer. 7. Suar. dicta sect. 3. Layman. dicto cap. 5. numer. 3. in fine. Secundo si Ecclesie dirute sunt, ne populus sacrificio careat, poteris extra locum sacrum celebrare. Habetur. cap. concedimus de consecrat. dist. 1. & tradunt relictos Doctores. Tertio si locus sacer exiguus sit, nec possit aduenientium capere multitudinem poteris extra illum sacrum facere, ne plures careant sacrificio. Sic Nauarr. cap. 25. num. 81. Henric. lib. 9. cap. 27. Layman. Suar. Aegid. Valsq. locis allegatis. Quarto in bello, ne milites diebus festis sacrificio priuentur, poteris in castris sacrificare. Et idem est in litore maris, vt nauigantes non valentes nauem deserere, sacrum audiant. Sic Laymann. & Valsq. vbi supra. Quod si aduersus prædicta obicias textum in cap. sicut de consecrat. dist. 1. vbi Felix Pontifex summam necessitatem exposulat, vt sacrum fieri possit extra Ecclesiam? Respondeo cum Valsq. dicta disp. 233. c. 1. num. 5. consuetudine firmatum esse minorem necessitatem sufficere.

5. Dixi sine dispensatione. Nam posse Episcopum in hac lege dispensare concedunt Doctores ex cap. Missarum de consecrat. dist. 1. ibi: Missarum solemnium non nisi in locis ad eo consecratis, vel vbi ipse permiserit. Debet tamen adesse causa legitima huius dispensationis, aliàs nulla erit

Quod si dicas ex causa legitima quemlibet sacerdotem propria auctoritate posse extra locum sacrum celebrare, ideoque dispensationem Episcopi frustraneam esse, respondeo non esse frustraneam, nam sepe causa necessitatis est dubia, vt propria auctoritate possit extra locum sacrum celebrare; accedente vero Episcopi dispensatione id licitum tibi est, vt bene explicat Valq. *disput. 233. cap. 1. num. 5.* exemplo personæ nobilis ægrorantis, quæcum dispensare potest ipse episcopus, vt in eius domo in loco decenti profanis vñibus destinato celebretur, vt Missam audiat, communionemve recipiat. Ob quam causam non videtur posse sacerdos propria auctoritate celebrare. Neque hæc potestas per Trident. *sess. 22. decreto de observandis, & visitandis in celebrat. Missar. vilo pacto restricta est.* Nam in eo decreto non de potestate dispensandi vna, vel altera vice, sed de potestate ordinaria concedendi facultatem liberam celebrandi in loco etiam aliis profanis vñibus destinato sermo est, vt bene aduertit Nauarr. *cap. 25. num. 82.* Suar. *disput. 81. sect. 3.* Egid. de Coninch. *quest. 83. art. 3. dub. 1. num. 225.* Valq. *disput. 223. capite 1. num. 1.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 4.* Etenim iure antiquo spectato *cap. in his de Priuileg. cap. vlt. eodem tit. in 6. cap. Missarum de consecrat. dist. 1.* poterant Episcopi causa aliqua rationabili intercedente facultatem liberam concedere celebrandi in loco aliis etiam profanis vñibus destinato, vt post alios comprobatur Tufchus, *t. 4. litt. A. concl. 31.* Gutierrez. *can. quest. lib. 1. cap. 30. num. 25.* Barbosa de potest. Episcop. *2. p. allegat. 23. numer. 6.* Quæ potestas ordinaria restricta est à Trident. quatenus lege vniuersali statuit, ne patiantur Episcopi priuatis in domibus, ac omnino extra Ecclesiam; & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinariis designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, vel regularibus quibuscunque peragi, priuilegiis quibuscunque non obstantibus. Ex quibus manifestum est non posse Episcopum extra Ecclesiam, & oratoria ad diuinum tantum cultum dedicata permittere celebrare, liberam facultatem concedendo, sed fecus verò dispensando vna vel altera vice. De hac enim potestate Concilium locutum non est, vt doretur Suar. Egid. Layman. Barb. *d. alleg. 23. in fine.*

6. Rursum ex supradictis verbis Trident. manifestè constat non esse Episcopis sublatam facultatem designandi oratoria, in quibus sacrificium peragatur, quinimo ea facultas ibi supponitur, siquidem oratoria ab eo designanda, & visitanda sunt. Solum enim tollitur ab eis facultas concessa in *cap. Missarum de consecrat. dist. 1.* permittendi aliis celebrationem liberam, & per modum priuilegij in priuatis domibus, & omnino extra Ecclesiam, & extra oratoria ad diuinum tantum cultum dedicata. In oratoriis ergo, sicut in Ecclesia permittere optime possunt celebrationem, maxime aliqua rationabili causa intercedente. Atque ita docent Valquez *disput. 233. cap. 1. num. 3.* Eman. Rodrig. *t. 3. quest. regular. quest. 42. art. 6.* Suar. *disput. 81. sect. 3. vers. addit. vero. Saâ, verbo Missa. numer. 20.* Barbosa alios referens *alleg. 23. numer. 8.* Fagundez de primo *Eccles. præcep. lib. 3. cap. 12. à numer. 9.* Neque huic doctrinæ aduersatur breue Pauli V. editum anno 1617. quo omnibus Prelatis auferitur potestas concedendi licentias celebrandi in domibus priuatis, etiam si nobilissima sint, quia (vt opinor) intelligi debet de facultatibus perpetuis celebrandi in locis non permanentem diuino tantum cultui dicatis, quia Paul. V. solum eo breui intendit decretum Trident. renouare, & denuo stabilire.

7. Maior difficultas est, an sublata sit Episcopis potestas libera celebrandi, vel faciendi celebrare extra Ecclesiam, & subditi concessa ipsis in *cap. vlt. de priuileg. in 6.* eo quod Concilium expressè mandauerit Episcopis, ne patiantur omnino extra Ecclesiam, & extra oratoria ad diuinum tantum cultum dedicata ab eis designanda; & visitanda sanctum hoc sacrificium peragi. Non igitur poterunt neque ipsi celebrare, neque aliis facultatem celebrandi concedere. Ceterum omnino tenendum est prædictam facultatem restrictam non esse à Trident. Quia Trident. solum præcepit Episcopis ne permittant seculares extra Ecclesiam, & oratoria ab eisdem designanda, & visitanda celebrare, non tamen prohibet ipsemet celebrare, imo nec prohibet vt sui causa alij celebrent, quia eo casu non tam celebrant ex facultate quam Episcopi concedunt, quam ex facultate Episcopis data, qua facultate consentientibus Episcopis vti possunt; atque ita vt certum resoluat, decisumque refert Azor. *t. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 4.* Vega in *responsio. cas. 4. p. casu 33.* Barbosa aliis relatis *alleg. 23. num. 5.* Valq. *disput. 233. cap. 1. num. 7.*

8. Ex priuilegio sedis Apostolicæ concessio in *cap. in his 30. de priuileg.* Poterant Fratres Prædicatores, & Minores extra Ecclesiam vbiunque fuerint celebrare, sine parochialis iuris præiudicio, quod priuilegium renouatum, & amplia-

tum esse à Sixto IV. Alexand. VI. comprobatur Man. Rodrig. *t. 1. quest. regul. quest. 43. art. 4.* Sed non caret difficultate, an prædictum priuilegium n à Tridentino *sess. 22. decreto de observandis & visitandis in celebrat. Missar.* fuerit reuocatum? Negat Eman. Rodrig. *t. 1. regular. q. 9. art. 5.* infirmo fundamento ductus. Primo, quia Trident. non videtur regularibus prohibere prædicti priuilegij vsum, sed ordinariis præcipit, vt eo priuilegio non obstante censuris, aliisque iuris remediis compellant regulares, ne illis vtantur. Ergo dum non compelluntur, vt illo possunt. Secundò quia est priuilegium, iure communi concessum, quod ad sui reuocationem expressam postulat mentionem. Sed contrarium verius est, vt docet Nauarr. *cap. 25. num. 82.* Henric. *lib. 9. cap. 27. num. 3.* Suar. *disput. 81. sect. 3. vers. quarta exceptio.* Vega in *responsio. cas. conscient. 4. p. casu 33.* Barbosa *2. p. de potest. Episcop. alleg. 23. numer. 4.* colligitur manifestè ex Bulla Gregor. XIII. Societati Iesu concessa, quæ incipit: *Vsum altaris vtiatic.* Ratio ea est, quia concilium non solum præcipit ordinariis regulares compellere, ne priuilegio celebrandi extra Ecclesiam vtantur, sed ne id permittant priuilegiis quibilibet non obstantibus. Sentit ergo concilij priuilegium eo decreto derogari, alias regulares permitti deberent supradicto priuilegio vti, neque vlla ratione compelli possent ab eo vti abstinere.

9. Verum esto prædictum priuilegium reuocatum sit à Trident. at nouiter est concessum Religiosis Societatis Iesu à Paulo III. & Gregor. XIII. vt constat ex *compend. priuileg. verbo altare.* & tradit Man. Rodrig. *dicta quest. 43. art. 4.* quo priuilegio gaudebunt alij Religiosi, qui in nostrorum priuilegiis communicant. Igitur Paul. III. in Bulla quæ incipit *licet debitum* edita anno 1549. circa medium inquit. *Licet Præpositis, & de eorum facultate vniuersi Fratres, & Socii Societatis huiusmodi in presbyteratus ordine constituti in locis in quibus degunt, & eos pro tempore morari contingerit habere oratoria, & in eis, ac quocunque alio honesto, & congruenti loco in altari portatili cum debita reuerentia, & honore etiam tempore interditi, quauis etiam Apostolica auctoritate appositi ianuis clausis, excommunicatis, & interditiis exclusis submissa voce Missas, & alia diuina officia celebrare, &c.* Item Gregor. XIII. in Bulla quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem* edita anno 1575. concedit, vt in oratoriis, & capellis, quæ ipsius Societatis Provinciales per se domibus, collegiis, & aliis locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad diuinum dumtaxat cultum deputauerint, Missæ, & alia diuina officia alterius licentia desuper minime requisita celebrari possint. Tandem Idem Gregor. anno 1579. in Bulla quæ incipit: *Vsum altaris* inquit. *Vsum altaris vtiatic Societati vestræ à felicitis recordat. Paulo Papa III. concessum, & deinde à Concil. Trident. vniuersè sublatum vobis eareus restitutum, vt intermissiones, quæ à superioribus sunt, presbyteri vestri seruata aliis forma dictæ concessionis Missæ sacrificium licitè valeant celebrare, super huiusmodi altari, vbi que gentium, etiam in castris militum, modò loca est communia, & profana, rura, & honesta sint, & Generalis, aut per eum Provinciales Præpositi eo tunc vtendum fore iudicauerint.*

Ex quibus priuilegiis constat manifestè superiores in domibus professis, & collegiis Societatis oratoria designare posse, in aliis vero locis extra collegia, vbi aliqui ex Societate residerint, necessario Provinciales designaturos fore. Ad hanc tamen designationem nulla est Episcoporum designatio requisita, vt colligitur manifestè ex dictis Bullis, & sic vltus obtinuit. Oratoriis verò designatis non solum nostris, sed & seculares Clerici ibidem celebrare poterunt, quia concessio non tam personam, quam locum spectat. Secus est de priuilegio altaris vtiatic, quod missionariis Societatis à Gregor. XIII. conceditur, spectat enim personam, non locum, sicut bene aduertit Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. c. 5. num. 5.* Secundò inferitur neminem ex Societate celebrare extra Ecclesiam, & prædicta oratoria posse nisi ex licentia Provincialis, quam ipse concedere non valet nisi occasione missionum. Constat ex prædicta Bulla Greg. XIII. de altari vtiatic.

10. Sed inquires, an in mari, vel flumine propria auctoritate ob occurrentem necessitatem, quæ alias in terra celebrationem honestatè vel ex dispensatione Episcopi, vel ex priuilegio Societati concessio vbi que in missionibus in altari portatili celebrandi celebrare possit? Negant communiter Doctores teste S. Antonino. *3. p. tit. 13. cap. 6. §. 6.* Nauarr. *cap. 25. numero 82.* Suar. *disput. 81. sect. 3.* Egid. de Coninch. *quest. 83. art. 3. dub. 1. numer. 226.* Valq. *disput. 233. cap. 1. num. 4. vers. ceterum.* Bonac. *disp. 4. quest. vlt. p. 9. §. 12.* Mouentur, quia regulariter est periculum sanguinis effundendi ob continuam nauis agitationem. Et licet vna, vel alia vice hoc periculum cessare videatur, non inde lex prohibens prædictam celebrationem cessat, quia lex non spectat periculum vtunque, sed regulariter contingens. Deinde quia vix in nauis locus decens celebrationi inueniunt

inueniri poterit. Ob quas causas videtur consuetudine receptum in mari celebrari non posse. Nihilominus factis probabiliter est itante mari tranquillo posse in nauibus Indiciis, & similibus celebrari, sicut in terra: in quibus praedictis nauibus & locis decens inuenitur, & periculum morale effusionis sanguinis nullum est, vt experientia testatur. Ob quam rationem audiu frequenter in nauibus celebratum esse, vltique comprobatum nullius inconuenientis adesse periculum. Atque ita docent licitum esse Durand. in *rationali. lib. 4. cap. 1. num. 4.* Scoria, *lib. 2. cap. 13.* Eman. Saâ, *verbo Missa. num. 19.* Henriq. *cap. 27. Anglez. quest. de valore Missa. art. 2.* Grassi, *1. p. decis. lib. 2. cap. 42. num. 10.* Bartholom. ab Angelo de *Missâ. §. 620.* Layman, *inclinat. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 4.* Fagund. de *primâ Ecclesie præcepto. lib. 1. cap. 10. num. 14. & 15.* testaturque à Clement. VIII. & Paulo V. permissum esse.

11. Præterea Ecclesia consecrata, seu benedicta vt sit apta sacris peragendis, violata, seu polluta esse non debet: aliâs graue peccatum esset in ea sacrificium celebrare, quin prius reconcilietur: doceant omnes Doctores, vt videre est apud Syluest. *verbo consecratio. 2. quest. 9.* Nauarr. *sum. cap. 25. num. 26.* Suar. *disp. 81. sect. 4.* Zenedo *ad decret. collect. 151.* Azor. *lib. 10. cap. 26. quest. 15.* Barbof. *alleg. 28. numero 54.* & colligitur ex toto tit. de *consecrat. Eccles.* Nulla tamen poena ipso iure incurritur, vt fati indicat textus in *cap. 18. qui de sentent. excommunicat. lib. 6.* & tradunt præcitati Doctores. A prædicto peccato excusatur sacerdos, si dum peragit sacrum violatio contingit. Nam esse consecratio facta non fit, si tamen canon fuerit inchoatus, potest sacerdos Missam perficere absque reconciliatione: quia moraliter reputatur sacrificium inceptum. Secus esset si ante canonis inceptum violatio contingeret, deberet expectare reconciliationem, vel Missam omittere. Sic Coninch. *dub. 11. num. 236.* Suar. *disp. 81. sect. 4. in fine.* Layman. *lib. 5. tract. 5. cap. 5. vers. addendum quarto.*

12. Quod si rôges quibus modis Ecclesia pollui, seu violata contingat? Vide quæ diximus *tract. 11. disput. vn. de immunit. Eccles. p. 1.* & vltra ibi allegatos Egid. de Coninch. *q. 83. art. 3. dub. 1.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. assert. 3.* Barbof. *de p. allegat. 28.* neque enim aliquid noui addendum occurrit.

13. Reconciliatur autem Ecclesia (si consecrata sit) per Episcopum, aqua ab ipso, vel alio Episcopo benedicta vino, & cinere admixta, prout habetur in Pontificali Romano. Neque hanc potestatem ipse sed solus summus Pontifex simplici sacerdoti concedere potest, vt expressè habetur in *cap. proposuisti. c. cap. aqua de consecrat. Eccles.* & subditur ibi ratio, quia licet Episcopus committere possit quæ iurisdictionis existunt, tamen quæ ordinis Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare, & ita tradunt Azor. *2. p. instit. moral. lib. 9. cap. 5. quest. 5.* Zenedo *ad decret. collect. 155. num. 1.* Mitand. *man. Prælat. 1. 2. quest. 39. art. 8. concl. 2.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 12.* Barbof. *2. p. alleg. 28. num. 55. & 56.* Vnde non est audiendus Saâ, *verbo Ecclesia*, affirmans ex commissione Episcopi presbyterum reconciliare Ecclesiam posse.

Cæterum Prælati regulares ex concessione Leonis X. facta Minoribus possunt Ecclesias quacunque ex causa violatas reconciliare aqua per Episcopum benedicta, quam & ipsi benedicere possunt, si Episcopus per duas diætas (hoc est per 14. leucas, vt dicit Glossa *verbo duas diætas*, in *cap. nonnulli de Rescript.*) absens fuerit, habetur inter priuilegia Mendicantium *verbo benedicere. §. 14.* & in nostrorum priuileg. *comp. verbo Ecclesia §. 2. & in §. 1.* dicitur. Possunt nostri facere benedicti, aut consecrari Ecclesie Societatis cum cæmeteriis, & primum lapidem poni per quoscunque Episcopos, si Diocæsani intra quatuor menses id facere distulerint ex concessione Pauli III. Idem quoad altaria consecranda concessit Honor. Minoribus, vt in eorum monument. *concess. 112.* notantur Ludouic. de Mirand. *1. 2. man. Prælat. q. 39. art. 8.* Henriq. *lib. 9. cap. 27. §. 6.* Barbof. *2. p. de potest. Episc. alleg. 28. num. 64.* Rodrig. *1. quest. regular. q. 19. art. 6. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 12.*

Si vero Ecclesia non consecrata, sed tantummodo benedicta sit per simplicem sacerdotem, sola asperzione aquæ benedictæ, & orationibus ab Ecclesia institutis quæ in Manuali Romano habentur, purificari poterit. Glossa in *c. si Eccles. de consecrat. Eccles. verbo lauetur*, per textum ibi. Henriq. Layman. Barbof. *supra. num. 57.* Neque opus est aquam esse ab Episcopo benedictam, sed ab ipsemet sacerdotem benedicti potest, vt colligitur *cap. vlt. de consecrat. Eccles.* ibi: Aqua potius exorcizata lauetur. Solus enim expulso aqua asperionem aquæ exorcizata, seu benedictæ. Quod ergo fundamento exposulanda est Episcopi benedictio? Adde si ab Episcopo aqua necessario benedicenda esset, non potius lauari, seu purificari Ecclesia posset. Sic notauit Henriq. & Kaym. & Mitand. *supra.* & Barbof. *num. 57.* aduersus Tolet. *Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars. IV.*

*lib. 5. sum. cap. 8. numer. 15.* Dubium tamen est, an Ecclesia polluta reconcilietur sacrificio in ea peracto siue bona, siue mala fide peractum sit? Affirmat Eman. Saâ, *verbo Ecclesia num. 19.* Castro *lib. 3. de lege pœnali. num. 9.* & probabile reputat Auila, *5. p. de censur. disput. 7. dub. 3.* Mouentur, quia nulla maior purificatio ex cogitari potest, quam ea quæ ex tanto sacrificio nascitur, vt videtur probare textus in *cap. de fabrica. de consecrat. dist. 1.* ibi: Consecrationem cuiuslibet Ecclesie in qua Spiritus sancti artha non ponitur, celebratorem scimus tantum esse Missarum. Et ideo si qua Sanctorum basilica à fundamentis etiam fuerit innouata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione cum in ea fuerit Missarum solemnitas celebrata, totius consecrationis sanctificatio implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebat sublara sunt, rursus eorum repositio, & Missarum solemnitate reuerentiam sanctificationis accipiet.

Cæterum contrarium tenendum existimo cum Nauarr. *cap. 27. num. 256.* Azor. *1. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. vers. addendum quarto.* Quia consecratio Ecclesie eiusue purificatio iure positio statuta sunt, at nullibi statutum est sacrificium loco reconciliationis succedere: sicut in omnium sententia non succedit loco consecrationis. Ergo absque vilo fundamento id affirmabitur. Neque his obstat quod Episcopus absens, vel impeditus reconciliationem facere, licentiam concedere possit in Ecclesia polluta celebrandi, vt docet O. Thom. *q. 83. art. 3. ad 2.* Suar. *disp. 81. sect. 4. vers. his positi.* Eman. Saâ, *verbo Ecclesia num. 23.* Auila, *5. p. de Consur. disp. 7. dub. 3.* quia inde potius inferitur sacrificium non esse instar reconciliationis, aliâs simplex sacerdos ex commissione Episcopi reconciliare Ecclesiam consecratam violatam posset, contra communem sententiam. Potestas namque Episcopi concedendi celebrationem in Ecclesia polluta, non oritur ex potestate, quam habet Ecclesiam reconciliandi, sed ex iurisdictione qua gaudet dispensandi in legibus Ecclesiasticis vrgente causa.

17. Superest dicendum quando Ecclesia consecrationem, seu benedictionem amittat, ita vt noua consecratione, seu benedictione indigeat: Pro huius decisione aduerte benedictionem Ecclesie non tam parietibus, quam solo inherere, & contra consecrationem parietibus inesse. Etenim cum Ecclesia consecratur, parietes sacro oleo liniuntur, & cruces ibi figuntur iuxta Ecclesie Romanæ ritum: at cum Ecclesia benedicitur, pavementum aqua lustrali aspergitur. Ex quo sic corruentibus parietibus consecratio, & benedictio amitti, quoniam si parietes interius destruantur, ceteri debet amissa consecratio, quæ parietum crustis, seu superficiebus inerat: vt colligitur ex textu in *cap. Ecclesia de consecrat. dist. 1.* At benedictio cum solo inheret, amissa non censetur parietibus destructis, seu combustis, sicuti probat. *Lex, ad sacra. 83. ff. de contrahend. empt. ibi: Ad sacra teræ motu diruta locus ædificij non est profanus.* Et tradit Suar. *disp. 81. sect. 4. casu 6.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 15.* Sed hoc intelligendum est, modò autoritate superioris destructa Ecclesia non sit, cum spe proxima reedificationis, vt pleribus firmam prædicto *tract. 11. punct. 6. num. 7.*

Notanter dixi corruentibus parietibus, vel destruatis consecrationem Ecclesie amitti, secus si solum ligna, & recta corruant, vel comburantur, & parietes perueuerint, quia tunc Ecclesia eadem manere censetur *ex cap. lignis de consecrat. Eccles. vel altar. Et ibi Glossa. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 26. q. 13. & 2. p. lib. 9. c. 4. q. 6.* Barbof. *de potest. Episc. alleg. 27. num. 17.* Deinde debent parietes in simul corruere: nam si minor pars corruat, non obinde consecratio amittitur. Quoniam etiam si parietes omnes destruantur, si tamen non simul, sed successiue per aliquot diem, seu hebdomadarum interualla fiat destructio, & illorum reparatio, consecratio amissa censeri non debet, tamen si curlu temporis omnis materia Ecclesie de nouo superueniat, vt probat textus in *cap. de fabrica. Iuncta Gloss. verbo innouata, de consecrat. dist. 1.* & Gloss. in *cap. proposuisti, verbo reconciliari. Et in c. lignis verbo parietibus, de consecrat. Eccles. Syluest. verbo consecratio. 1. q. 3. vers. tertius est.* Nauarr. *cap. 27. num. 258.* Suar. *disp. 81. sect. 4. casu 6.* Barbof. *alleg. 27. num. 19.* Eman. Saâ, *verbo Ecclesia num. 18.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 16.* Ratio est, quia pars, quæ semel de nouo aduenit, vt suppono, minor est ea quæ præexistit. Ergo per accessum ad præexistentem consecratam consecrata censetur, quippe magis dignum trahit ad se minus dignum. *Argum. textus in cap. quod in dubiis de consecrat. Eccles. Et in cap. vn. eodem tit. lib. 6.* Neque obstat materiam quæ fuit à principio consecrata totam perisse, vt obinde noua Ecclesia dicenda sit, quia est noua physice, sed non moraliter, & quoad effectum consecrationis, *argum. leg. quod in reum natura ff. de legat. 1. Et in leg. grege. ff. eodem tit. Et leg. proponebatur ff. de iudicis, ubi eadem communitas, & populus censetur, tamen si decursu temporis personæ illius pereant, & noue succedant.*

Aliqui limitant hanc sententiam, ne procedat quando animo reparandi omnes vel penè omnes parietes successiue illorum destructio, & reparatio fit, quia censeri debet ea destructio in communi reparatione, ac si simul contigisset. Sic tanquam satis probabile defendit Laymann. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 16.* cum Panormit. in *cap. proposuisti. n. 8. de consecrat. Eccl.* Sed verius censo hanc limitationem admittendam non esse, sicuti neque eam admittunt Suar. Nauarr. Barbol. & alij supra relati, absolute docentes non indigere Ecclesiam noua consecratione, si paulatim, & successiue reparatio illius fiat, neque vllam de hac intentione mentionem facientes, & merito, quia prædictæ rationes eodem modo procedunt siue destructio, & reparatio minoris partis ex intentione destruendi, & reparandi maiorem Ecclesie partem fiat, siue non. Et enim quod magis dignum trahat ad se minus dignum, ita vt maior pars consecrata præexistens minorem partem aduenientem consecratam reddat, ex eo præcisè pendet, quod minor pars non consecrata maiori consecrata vniatur, non ex intentione, quod alia pars de nouo destruenda, & reparanda postmodum sit, talis enim destructio, & reparatio cum priori destructione, & reparatione non est coniuncta. Item non impedit esse vnam Ecclesiam moraliter, & non diuersam, quod à principio intenderis illam integrè destrueri, & reparari, si tamen successiue, & interpolatè destruxeris, & reparaueris, sicuti non est diuersus populus, cuius persona successiue pereat, & aliæ de nouo succedant, tamen si Deus illas personas interimens intendat tandem omnes interimere, & nouas creare.

## PUNCTVM IX.

## De Altari necessario ad Sacrificium.

1. Altare quod fuit, & est necessarium, quatuorplex sit.
2. Debet esse lapideum, quia parte continet corpus, & sanguinem Christi.
3. Debet esse consecratum, & quis consecrare possit.
4. Aliqui exposulant, vt reliquias sanctorum contineat.
5. Verius est necessarium non esse.
6. Quando altare amittit consecrationem. Non amittit ex motione sigilli reliquiarum.
7. Quando ita frangitur vt pars que remanet commodè calcem, & patenam contere non possit, amittit consecrationem.
8. Tamen si cornua illius diminuantur, consecratio non amittitur.
9. Qualiter altare fixum motione exerceatur.
10. Altare portatile non exerceatur, esto à capsula lignea separatur.
11. Qualiter non possit sacerdos simplex celebrare, in altari, in quo illo die Episcopus celebrabit.

1. Altare ad sacrificium semper necessarium fuisse probat ex omnium sententia aduersus hæreticos Belatm. *2. lib. 1. de Missa c. 16.* Si enim antiquæ legis sacrificia, imò & inania gentium sacrificia altare postularunt, quanto magis hoc admirabile, & diuinum sacrificium exposulare debet. Quocirca consecrans absque altari grauissimum peccatum committeret. Duplex est altare, aliud fixum, cuius mentio fit in *cap. si motum de consecrat. dist. 1. c. cap. 1. de consecrat. Eccl.* Aliud portatile, seu viaticum, de quo in *cap. vlt. de Priuileg. lib. 6.* Dicitur fixum, quia fixum est Ecclesie, & vt ibi firmiter perseveret, consecratur. Econtra portatile dicitur, quia consecratur, vt ex vno loco in alium portari possit. Ad sacrificium igitur celebrandum quodcumque sufficit, quippe tam portatile, quam fixum verum altare est. Nam vt rectè monet Valq. *disp. 233. cap. 2. num. 10.* priuilegium concessum Episcopo in *cap. vlt. de Priuileg. in 6.* non fuit, vt possint in altari portatili in Ecclesia celebrare; hoc enim iure commune omnibus est concessum, sed vt possint extra Ecclesiam in quouis decenti loco in eo altari sacrificium peragere.

2. Hoc altare siue fixum sit, siue portatile debet esse lapideum qua parte Corpus, & Sanguinem Christi continere debet. Nam licet ante Syluestrum Pontificem ob tyrannorum persecutionem in altaribus ligneis sacerdotibus permillum fuerit celebrare: ac à tempore Syluest. statutum omnibus est, vt non nisi in lapideo sacrificio peragatur, vt constat ex pluribus decretis quæ referuntur à Gratiano *de consecrat. dist. 1.* & tradit Gregor. Nyssen. *orat. de baptisinate.* August. *Serm. 255. de tempore.* Chrysostron. *hom. 20. in 2. epist. ad Corinth.* Solo autem Pontifici summo referuatum est altare ligneum, in quo D. Petrus obulit, vt in eo ipse solus sacrificare possit, vt legitur in vita Syluest. & in festo dedicat. Ecclesie Saluar. 9. Nouembr. Aduerte ex consuetudine recepta prædictum altare lapideum non ex duplici lapide colligato, sed ex vno integro coalescere debere, vt sic aptius vnitas persone, quæ in Christo est, representetur. Valq. *cap. 2. numer. 16.* Bonac. *quæst. 17.*

*tim. punct. 9. num. 13.* Item debet esse tantæ magnitudinis, vt pedem calicis, & patenam saltem ex maiori parte continere possit, aliàs sacrificio ineptum erit. Sic ex communi sententia tradit Suar. *disp. 81. sect. 5.* Agid. de Coninch. *q. 83. art. 3. dub. 2. num. 242.* Laym. *lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. num. 2.* Valq. *disp. 233. cap. 2. num. 16.*

3. Deinde hoc altare debet esse per Episcopum consecratum, colligitur ex *cap. altaria de consecrat. dist. 1.* Et licet ibi dicatur altaria christiatis vnctione, & Sacerdotali benedictione consecranda esse, nomine Sacerdotalis benedictionis omnes intelligunt Episcopalem. Non enim presbytero datum est aras consecrare, vt dicitur *cap. nullus presbyter. de consecrat. dist. 1.* ideoque solum pro Episcopis in Pontificali Romano præscripta est forma consecrandi altaria. Verum ex commissione Pontificis nemini est dubium simplicem Sacerdotem posse altaria consecrare, ideoque Paul. III. an 1549. Societatis Iesu religiosi in remotissimis partibus degentibus, vbi catholicus Episcopus inueniri non potest, concessit facultatem altaria consecrandi, quam facultatem Minoribus concessit Honorius III. vt in eorum monumentis habetur, *concess. 212.* & referretur in *compend. priuileg. Societ. Iesu, verbo Ecclesia.* §. 1. Et Adrian. V. I. Minoris ordinis Prouincialibus Ingliarum, & Fratibus, quibus ipsi commiserunt facultatem dedit consecrandi altaria, & Calices etiam pro vltimo alieno in casu necessitatis, Episcopi in Prouincia non existentibus, sicuti testatur Rodrig. *1. i. quæst. regul. q. 28. art. 2.* Quinimo Gregor. XIV. teste eodem Rodrig. omnibus Abbatibus Cisterciensis Ordinis priuilegium concessit aras, & Calices consecrandi. Celebrare autem absque hoc altari lapideo consecrato ab eo qui potestatem consecrandi habuerit, mortale peccatum est, sicuti docent ex omnium sententia Valq. *disp. 233. cap. 2. n. 12.* Suar. *disp. 81. sect. 5.* Eman. Saà, *verbo Altare in fine,* aduersus Victor. *de Eucharist. num. 98.* affirmantem, si absit scandalum, aut contemptus, mortale peccatum non esse.

4. Præter prædictas conditiones aliqui Doctores exposulant vt conditionem necessariam maximè pro altari fixo, vt aliquorum Sanctorum reliquias in se habeat inclusas. Ita Durand. *lib. 1. rational. diuinar. officior. cap. 7. n. 21.* Syluest. *verbo altare q. 1.* Azor. *1. 1. d. 10. cap. 27. q. 8.* Scotia *lib. 2. cap. 14. n. 4.* Fauetque Ecclesia in introitu Missæ orans per merita Sanctorum, quorum reliquie in eo altari sunt. Supponit ergo ibi Sanctorum reliquias adesse. Mouentur ij Doctores ex concilio Cathagin. *5. can. 14.* & Africano. *cap. 50. relatis in cap. placuit de consecrat. dist. 1.* vbi præcipitur altaria in quibus nullum corpus, aut reliquie Martyrum probantur, ab Episcopis, qui locis eisdem præsent (si fieri potest) eueri. Quod si dicas præcipi eueri altaria, in quibus nullum corpus, aut reliquie certe condite probantur, quia occasio erat superstitionis, non vero altaria reliquiis carentia. Obstat, quia eadem occasio superstitionis est, si altaria frequentes, putans ibi aliquid sanctum corpus, vel reliquias Martyrum adesse, cum tamen nullum sit. Cum ergo illis temporibus nullum altare erigeretur, quin in eo sanctorum Martyrum reliquie conderentur, merito præcipitur ea altaria eueri, in quibus nullum corpus, aut reliquie Martyrum condite probantur. At si propter populii tumultum id fieri non possit, admonentur fideles, ne ea loca tanquam Martyrum reliquiis sacra frequentent. Deinde mouentur ex *can. 7. septima synodi generalis,* vbi præcipitur ne templum sine sacris reliquiis consecratur, at templum non in parietibus, sed in altari continere reliquias debet. Ergo tacite definitur, ne altaria sine sacris reliquiis consecrentur.

5. Cæterum est decentissimum sit, vt altaria maximè fixa reliquias probatas Sanctorum contineant, at id neque est, nec fuit necessarium ex præcepto. Sic docent Panormit. *c. 1. de consecrat. Eccl. ad num. 2.* Suar. *disp. 81. sect. 5.* Agid. de Coninch. *quæst. 83. art. 3. dub. 2. num. 241.* Valq. *disp. 233. cap. 2. num. 16.* Laymann. *lib. 5. sum. tract. 5. capite 5. numer. 8.* Et quidem esse decentissimum, & à Prælati Ecclesie procurandum per se patet, idque non leuiter indicat illa oratio, quam in introitu Missæ sacerdos recitat. Quod vero nunquam fuerit præceptum generale latum de hac reliquiarum continentia, probatur expendendo textus, quibus opposita sententia nititur. Nam *cap. placuit* est præceptum continere, cum non fuerit alicuius concilij Generalis, sed Prouincialis obligatæ non potuit vniuersam Ecclesiam. Deinde nego Concilium prohibere altaria absque reliquiis consecrari pro sacrificio celebrando, sed prohibere absque reliquiis consecrari tanquam Martyrum memorias. Hæc enim altaria per agros & per villas tanquam Martyrum Memorias constructa absque reliquiis merito prædicta Concilia prohibent, & præcipiunt eueri, quia superstitionum est altaria frequentare vt corpus, & reliquias Martyrum continentia, cum tamen nullum corpus, vel reliquias martyrum contineat: ideoque subdit Concilium. Nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus, aut reliquie certæ sint, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima